deditus, ungulisque [1] fulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. 3. Non. Julii, *Arimini*, TITIANO & CEREALE CONSS. 358.

De eo, qui dixit, vel docet.

8. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Modestum P. P.

CUlpa [2] similis [3] est, [tam] prohibita discere [4], quam docere. Dat. Prid. Idib. Decemb. *Constantinopol.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De maleficiis comprehendendis & ad publicum pertrahendis.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P. P.

QUicunque [5] maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat [6], & Judicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam [7] ex agitatoribus [8], [id est, aurigis,] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: ultimum [9] supplicium non evadat, geminæ suspicioni [10] obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris [11] socios publicaret, severitati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium fortallis inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Dat. 17. Kal. Septemb. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XIX.

DE [12] SEPULCHRO [13] VIOLATO.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. GORDIANUS A. Zenoni.

REs religioni destinatas [14], quinimo jam religionis [15] effectas, scientes, qui contigerint, & emere [16], & distrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, læsæ [17] tamen religionis inciderunt in crimen. PP. 3. Kalend. Mart. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De servis.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Tatianum P. U.

SI servus [18] in demoliendis [19] sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: sin vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum [20] aliquid de sepulchro ad domum ejus villamque provectum [21] reperitur: villa, sive domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci juribus vindicetur. Dat. 7. Id. Jul. ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

Si judex pœnam non irrogaverit.

3. Idem A. ad Limenium P. P.

SI [22] quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum Judices [23], si hoc vindicare neglexerint, non minus quam viginti librarum auri, in sepulchrorum violatores statuta pœna mulcentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. 5. Kal. April. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

Pœna violantium sepulchra, cadavera, vel reliquias.

4. Idem A. ad populum.

QUi sepulchra [24] violant, domos [25] (ut ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro [26] absfuleirit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcunque materiam fabricandi gratia: sive id fecerit venditurus, decem [27] pondo auri cogatur fisco inferre: sive quis propria sepulchra defendens, hanc in judicium querelam detulerit, sive quicunque [28] alius accusaverit, vel ad officium nuntiaverit: Quæ pœna prisæ severitati accedit: Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subjacebunt, & qui corpora [29] sepulta [30], aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Jun. *Mediolani*, CONSTANTIO IX. & JULIANO CC. CONSS. 357.

De ablatis a sepulchris.

5. Imp. JULIANUS A. ad populum.

PErgit [31] audacia ad busta defunctorum, & aggeres [32] confecratos: cum & lapidem [33] hinc movere, terram [34] evertere, & cespitem [35] evellere, proximum [36] sacrilegio majores [nostri] semper habuerint: sed [&] ornamenta [37] quædam trichiniis, aut porticibus [38] auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna [39] sacrilegii cohibentes. Dat. prid. Id. Februar. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De non impedienda sepultura defuncti prætextu debiti.

6. Imp. JUSTINUS A. Theodoro.

CUm sit injustum, & nostris alienum temporibus injuriam fieri reliquiis [40] defunctorum ab his, qui debitorem [41] sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt: ne in posterum eadem injuria procederet, cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua jura perdere: ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fidejussiones, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus [42] vel pecuniis quæ solutæ sunt, vel absolutis fidejussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore, sub competenti judice pœnas luere. Dat. Kalend. Decembr. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 526.

In AUTHENT. ut defuncti seu fun. §. fancimus igitur. & §. si vero. col. 5. tit. 15. al. 13. Novell. 60. cap. 1.

ITem qui domum moribundi accedit, ipsum aliosve, qui ejus sunt, molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio signacula imponit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus injuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem pœnis subjaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cog. §. meminimus, col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 5.

SEd neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: ex hoc nullo præjudicio creditori generando.

TIT. XX.

AD LEGEM FABIAM [43] DE PLAGIARIIS [44].

Vendens ancillam alienam subtractam, potest convenire vel vindicatione, quia dolo desiit possidere: & criminaliter convenire, proposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Placido.

PAter tuus adversus eum, a quo sollicitatam ancillam [45], plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum Judicem civiliter in rem [46] actione instituta consistat. Si [vero] in causa tenuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quod si per violentiam mancipium obreptum est, accusationem ejus non prohibetur intendere. PP. 12. Kalend. April. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Actio legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione civili servi corrupti bene admittitur procurator. Bald.

2. Idem A. Aurelio.

SI ab Æliano servum tuum fusceptum, & aliquandiu occultatum [47], moxque eo fuadente fugæ datum probare potes, legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per [48] procuratorem tuum persequi potes. PP. 7. Kal. August. ANTONINO A. IV. & FALSINO CONSS. 214.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Salic.

3. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

UT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio [49], & accusatio, & sententia necessaria est. PP. 8. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

NOn valet Procuratoris [50] sententia, si Vicem Præsidis non tueatur, *qui legi Fabiæ locum esse* pronunciavit: cum ejus legis disceptatio ad Præsidis provinciæ [51] pertineat notionem. PP. 3. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 De ungulis dixi ad *l. un. supr. de emend. serv.* adde Fornerium *de torment. generib.* 2. *select.* 1. 2 *l. 8. in fin. Cod. Theod. h. t.* 3 Apud veteres culpa dissimilis fuit. Sola namque professio, non simplex notitia erat prohibita. vid. apud Ruffinum *cap. 15. collat. legg.* 4 Vid. *l. 2. l. 6. supr. de hær. & Manich.* Faul. 5. *sent.* 21. §. 4. & 5. *sent.* 23. §. 11. vid. quæ scripsi ad *Novell.* 133. *cap.* 2. Tertull. *de idololatria*, *l.* 10. *supr. de apostic. conferat.* adde *l. 4.* § 1. *ff. famil. ercisc.* Illud sane Pinocylidis est μαγικὸν δὲ ἀπέχεσθαι. *paulo post principium.* 6 Protrahat *d. l.* 11. *Cod. Theod. h. t.*

6. Harm. 10. *cap. περὶ Φαρμακῶν ὁ συνίδιβος.* 7 Agitatores, quorum plerique magicis nonnunquam artibus adversatiorum equos impedichant, & suos ad cursum incitabant, ut testatur D. Hieron. *in vita sancti Hilarionis*, Arnobius *adversus gentes*, Calfiodorus *l. 3. Variar. epist.* 51. § *l.* 11. *infr. de spectaculis. εἰ δὲ τις καὶ ὄνειρ.* Harm. *d. loco.* Quæ lectio sincera videtur. 9 De pœna maleficum non deferentes, 10 Qua suspicione teneatur maleficum non deferens, sed opprimens. 11 Facinoris socios publicare licet.

12 De sepulchris violatis *L. 9. C. Theod.* 17. adde *Novell. Leon.* 96. dixi ad *L.* 47. *ff.* 12. 13 Non male hic titulus adjungitur superiori. Nam & infames sint sepulchri violatores. Apulejus 2. *Ne mortuorum quidem sepulcra tuta ejic dicuntur: sed & busta, & rogos reliquaque quædam & cadaverum profanamia ad exatribes voventium fortunas pertinentur. Culpantur eo nomine Clerres potissimum: quo tempore a Theodosio emissa est Novella de sepulchris.* 14 Destinata religioni. 15 Religiosa. 16 *l. 21. §. de sacrof. eccles.* 17 Cornelius Tacitus 3. *Gravi crimen lasa religionis.* 18 *l. 1. C. Th. h. t.* ubi tu legitur, *si quis in demoliendis*, Græci legunt τὸν κίονα c. 60. *Eccl.* 23. περὶ τάφων c. 9. facit *l.* 3. §. 11. *ff. h. t.*

19 De demoliendo sepulchro. 20 De rebus ex sepulchro detractis.

21 *Pervectum. d. l.* 1. ἐξαχθὲν. *d. cap.* 9. 22 *l.* 2. *in fin. C. Theod. Eclog. d. cap.* 9. *vers. ἐὰν δ' ἀσχεμ.* 23 De pœna judicis sepulchri violatorem non plectentis.

24 *Qui ædificia manium violant, l. 4. Cod. Theod. h. t.* 25 Domus defunctorum, sepulchra. 26 Materia sepulchri, venditionis causa, vel fabricæ gratia, non est detrahenda. *Eleg. d. loco c. 9. in fin.* adde *l. 5. §. h. t.* 27 Viginti. *Instit. hist. ut l. 3. §. h. t.* 28 Crimen est pulsare sepulchrum violare. *l. 8. §. h. t.*

29 *Eclog. d. l. versic. τῇ αὐτῇ.* 30 Τὰ παραδιδόμενα τῶν τελέων τάφοι. *Eclog. d. l.* 1. tradita jam perfectæ sepulturæ. adde *l. 3. §. 4. l. 7. l. ult. ff. h. t. l. 38. ff. de religios.* 31 *l. 5. C. Th. h. t.* 32 Aggeres conficruit, sepulchra. 33 De lapide ex sepulchris moto. 34 De terra ex sepulchris eversa. 35 De cespite ex sepulchris evulso. 36 Crimen sacrilegio proximum. 37 De spoliatoribus cadaverum & more veteri condendorum ornamentorum, *divi l. 3. §. 7. ff. h. t.* 38 Qui & *porticationes*, *l. 37. in fin. ff. de religiosis.* 39 *Pœna maximo vindice coherentes, l. 5. Cod. Theod. h. t.*

40 Reliquiæ defunctorum Græcis λείψανα. de detestabili concubitu cum mortua, vide Clar. *5. sent. 5. Farnacitis. versf. cum mortua.* 41 Vid. *Nov. 60. Novell.* 115. *cap.* 4. *l. 2. ff. de in jus vocando.* § 8. *ff. h. t. l.* 38. *ff. de relig.* Goth. Adde Covarruv. *var. resol. lib. 2. c. 1. n. 10.* Andr. Gail. *de arrest. cap.* 11. *num.* 20. Ant. 42 Vid. Ripenſem *ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de pign. & hypoth. num.* 54.

43 *L. 9. C. Th.* 18. & *Novell. Leon.* 66. quæ & Flavia & Favia. dixi ad *L.* 48. *D.* 14, 44 Et Laverne & Fregane dicuntur, qui ingenuarum liberos aut servos alienos vendunt, vel supprimunt. 45 De ancilla aliena sollicitata & exportata. 46 Plagiarius convenitur potest rei vindicatione, *ut hic*, lege Fabia, *vers. si vero.* & criminaliter interdum. *vers. quod. §. h. t.* 47 *l. 9. §. h. t. l.* 1. § 2. *ff. de servis corrupto.* 48 *l. 2. supr. de furtis.* 49 Vid. *l. 3. supr. qui accusare.* 50 Cæsaris fcil. Quidam Procuratores Cæsaris hoc sibi pulcherrimum ius Romæ, quam in provinciis: ut hanc legem intelligas, vid. Uip. *l. 6. §. de off. proconf.* apud Ruffin. *tit. 23. collat. l. Mosaic.* 51 *l. 8. §. 1. ff. h. t.* in provincia scil. in Italia vero extra centesimum, ad Præf. Præt. in urbe, & intra centesimum ad Præfectum urbi. Ruffin. *d. l.* qui rei accedit inscriptio legis 7. *infr. h. t.*

Pro

Pro fratre suppresso fratri competit legis Fabiæ accusatio. Bald.

5. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALERIAN. C. Julianæ.

SI fratrem [1] tuum adversarius [tuus] supprimit [2], legis eum Fabiæ [3] adito Præside provinciæ reum debes postulare. PP. Non. Maji, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Servum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Martianæ.

IN fuga servum constitutum, neque [4] vendere, neque donare licet [5]; unde intelligis te in legem incidisse quæ super hujusmodi delictis certam [6] pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus, & sociis rebus in divisione communium [7] rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permissum est. Ita vero liceat fugitivum [servum] vendere, & tunc venditio valeat, quando [8] ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. PP. 3. Id. Mart. AA. CONSS.

Alienans servum vel liberum quem plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine judex potest inquirere. Salic.

7. Iidem AA. Maximo P. U. 9.

QUoniam servos a plagiariis alienari ex Urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis, horum tibi delictorum licentiæ majore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in hujusmodi *facinore* deprehenderis, capite [10] eum plectere non dubitabis: ut pœnæ genere deterreri cæteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos, vel liberos, ab Urbe distrahere atque alienare audeant. Dat. 6. Id. Decembr. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Objicienti exceptionem peremptoriam, quæ habet examinari seorsum a crimine, impedit processum in criminali. Bald.

8. Iidem AA. & CC. Condito.

PRæses provinciæ, discreto prius [11] jure dominii, intelligat, an audiendum sit plagii crimen, necne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, expiravisse criminis intentionem, emersa dominii luce, manifestabit. Si vero servum alienum esse constiterit, [post] disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP. 8. Kal. Septembr. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

9. Iidem AA. & CC. Eugenio.

EUm, qui mancipium alienum celat [12], Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti juris. S. 3. Idus Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiariis, a plagiario comparans. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Diæ.

COmparantem [13] ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Novembr. * *Lucione* [14] AA. CONSS.

Venditione status non mutatur. Salic.

11. Iidem AA. & CC. Marpiatæ.

ABducti plagio facta venditio, statum [15] non mutat: liberæ enim personæ sollicitatione crimen committitur, non conditioni præjudicatur. S. Id. Novembr. *Lucione* *, AA. CONSS.

Suscipiens fugitivum cum rebus subtractis, furti tenetur, & plagii. Salic.

12. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quis servum fugitivum sciens [16] cum [17] rebus furtivis susceperit, cum horum nomine furti [18] actione teneatur, hæc tibi Rector [19] provinciæ cum solita pœna restitui efficiet. † Sed & si criminis plagii accusationem instituens, ibi audientiam præbere non dubitabit. S. Kal. April. *Singiduni*, CC. CONSS.

Plagii criminis accusatio publica est. Bald.

13. Iidem AA. & CC. Severino.

PLagii criminis accusatio publici [20] sit judicii. S. 5. Kalend. Decemb. CC. CONSS.

Excusatur errans in delictis, in quibus requiritur dolus. Bald.

14. Iidem AA. & CC. Callistheni.

PLagii criminis accusatio cessat [21], si suos servos, vel liberos adseverent hi, qui suppressisse dicuntur non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem [22] justa ducti ratione. S. Prid. Non. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Scienter vendens liberum hominem, plagium committit. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

LIberum, sciens conditionem ejus, invitum [23] venundando, plagii criminis pœna tenetur. Dat. 13. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Nobiles de crimine plagii convicti, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero servi, vel liberti, bestiis subjiciuntur: ingenui capite puniuntur. Salic.

16. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium Celsum Vicarium Africæ.

PLagiarii [24], qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli [25] pœna cum cæteris ante cognitis suppliciis teneantur. † Si quis tamen hujusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine claruerit, servus quidem, vel libertate donatus bestiis subjiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. Augusti. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO CONSS. 315.

TIT. XXI.

AD [26] LEGEM VISELLIAM [27].

Servus, vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Juliam Viselliam: nisi libertus impetrasset jus aureorum annulorum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Bacco.

LEx Viselliæ libertinæ conditionis homines persequitur, si ea [28] quæ ingenuorum sunt, contra [29] honores [30], & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum [31] arripere: nisi [32] jure aureorum annulorum impetrato a Principe sustententur. Tunc enim quoad vivunt, imaginem [33], non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam ex lege Viselliæ criminaliter poterit perurgeri. † In [34] curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur: Muneribus [35] vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt hujusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse non dubium est. PP. 2. Id. Febr. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

TIT. XXII.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS [36].

De accusatione subjecti partus.

1. Imp. ANTONINUS A. Severino.

SI partus [37] subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis [38] in tempus pubertatis pueri differri non debuit: sicut jampridem mihi & Divo Severo patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De solutione.

2. Imp. ALEXANDER A. Valerio.

SAtis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ [39] solutionis gratia, a debitore, falsi crimen objicitur, nihilominus salva executione [40] criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. 3. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si Titius legatum confecutus ex testamento, quod verum putavit.

3. Idem A. Caffio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem ejus, id est novercam tuam, subrepto vero testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares [41], legatum adscriptum tibi confecutus sis: tamen non impediris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. 11. Kal. Januar. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

De his qui falsis rescriptionibus utuntur.

4. Idem A. Maximo.

MAjorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus [42] utuntur, digna coërceantur pœna: sed qui [43] deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum a quo accepit, exhibet, se liberat. PP. 4. Kalend. Januar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

An filius agere contra matrem possit.

5. Idem A. Petronio.

1 Fratri & sorori datur etiam hæc actio. 2 *l. 6. in fin. ff. h. t.* 3 Vid. *l. 3. ff. de humine libero.* 4 7. *Eclog. 6. ex lib. 60. tit. 48. c. 10.* adde *l. 6. in fin. ff. h. t.* 5 Imo licet. *l. 2. ff. h. t.* vid. *l. 5. 8. de serv. fugitivis.* 6 Pecuniariam, *ut ult. D. h. t.* 7 *l. 19. §. 2. comm. divid.* 8 35. § 3. *D. de contrahend. empt.* 9 Vid. quæ dixi ad *l. 4. supr. h. t.* 10 Id abrogatum. *Leon. Novell.* 66. 11 *l. 14. l. h. t.* id est, cognito, quis sit proprietarius. 12 60. *Eclog.* 48. *cap.* 12. *l. 2. supr. & l. 5. D. h. t. l.* 1. § 2. *D. de servo corrupto.* 13 *Eclog. d. loco, c.* 13. 14 Lucione vid. Peutinger. 15 *l.* 12. *supr. de negotiis.* vid. *l.* 12. *supr. de libertal.* 16 *l. 6. supr. de serv. fugit.* 17 Vix servus furtivus. *l. ult. D. de fugitivis. l.* 36. § 2. *D.* 18 Vid. *l. 1. D. de furtis.* Vitia hæc duo sunt conjuncta, fuga & furtum. Hinc Martialis *epigr.* 55. *Ad Jedulium discipulum manus peccare prætorea, Non minor furem qui fugitivus erat.* 19 *l. 4. l. 8. supr. h. t.* 20 § 10. *Inst. de publ. jud.* 21 Imo non cessat. *Ecl. d. loc. cap.* 5. cessat, si quæstionem proprietatis justa ratione ductus moveris, *ut hic.* 22 Opinio justa excusat a delicto. adde *l.* 12. §. 1. 2. 3. *l.* 13. *D. de liberali.* 23 *Eclog. d. loco, c.* 15. *l. 2. tit. 1. ex lib.* 60. *tit.* 48. *c.* 18. *l. 4. D. h. t. l.* 2. *supr. ubi de criminib.* 24 *l. un. C. Th. h. t.*

25 De pœna plagii dixi ad *l. ult. D. h. t.*

26 Hæc lex abrogata videtur. Nam cum nobile libertini omnes restituti sint natalibus, *Nov. ut libert. de cætero* 78. nihil est necesse hic edicere, ut ne liberti hominibus liceat eos honores adipisci, qui ingenuorum sint proprii, eosve extraordinaria pœna afficere. 27 *l. un. vers. Et cum. infr. quando civilis actio.* Ulp. 3. §. 5. *Viselliam* Hal. & ita scriptum extat in *l. un. C. Theod. ultimo crudeliter criminaliter agere.* Alii leguntur *Miscellam*, edito Nivellianæ. alias falso *Misscellam* dici puto, ut ibidem quidam animadvertit *ex tit. de indictis vidualitate*, & *l. Julia Misscella tollend.* Lata fuit anno urbis

776. Sententiam legis Viscellæ vid. *infr. h. t.* 28 *d. l. un.* 29 Circa. Hal. 30 42. *ff. de jur. aur. ann.* insignia alterius ordinis. Paul. 5. *sent.* 25. § 11. adde *l.* 5. 10. *tit.* 13. *ff. ad l. Corn. de falsis.* 31 *l. 1. ff. si servus ant libert. ad decurionat. l.* 10. *tit.* 32. 32 *l. 1. l. 6. ff. de jure aur. Suet. in Claudio c.* 14. 33 Imago a statu differt. Prior *servus ant libert. ad decurion. adstringitur. l.* 10. *tit.* 32. 34 *l.* 2. *ff. de municip.*

35 *L. 9. C. Theod.* 14. 37 *l.* 10. *ff. h. t.* 19. § 1. *l.* 30. § 1. *ff. h. t. l.* 1. *ff. de agnosc. liber.* 60. *Eclog.* 41. περὶ ὑποκοδικῶν τοκέων. vid. Bollium *tit.* 41. *Pap.* 7. 38 Pœna falsi ex lege Cornelia capitalis. *l. 5. l. 22. in fin. ff. h. t.* Cyprianus *ad Donatum.* Hic testamentum subjicit, ille fallum capitali fraude conscribit. potius facta est non capitalis *d. l.* 22. *in fin. l.* 1. *in fin. ff. h. t. l.* 18. *fupr. de transact.* 9. 7. *Inst. de publ. jud.* Quanam pœna hodie falsarii afficiantur, dixi ad *Novell. Leon.* 77. 39 Si a debitore fallum instrumentum dictur morandæ solutionis gratia, facit *l.* 31. *D. de re jud.* 40 I. e. perfecutione, acculatione. *Goth.* Hinc calliger, pendente restitutione in integrum non impediri executionem. Fachin. *l.* 12. *controv. cap.* 12. Ant. Adde Sfort. Odd. *de restit. in integr.* 2. 42. Joann. Sand. *decis. Flandr. lib.* 3. *tit.* 8. *definit.* 4. Christin. *decis. Belg. vol.* 2. *decis.* 137. S. 2. 41 Vid. *l.* 3. *D. h. t. l.* 5. *ff. de his qui ut indig.* 42 Paul. 5. *sent.* 25. § 9. Paul. 1. *sent.* 12. § 1. conftitutionibus. *l. ult. D. h. t.* falsis Prætoris literis. *l.* 31. *D. h. t.* de eo, qui falso prætoris justa utitur, vid. *l. 1. D. de cognition.* & eo qui utitur falsis instrumentis, actis, epistolis. Paul. *d. loco.* 43 Idem hereti accidere potest ob justam ignorantiæ præsumptionem: eo casu id beneficii reo datur, ut producens fallum instrumentum interrogetur, ecnecne veliciut, dato debitori in eum finem spatio, quo elapso, si fallis instrumentis heres uti experiri, falsi tenebitur. *communis opinio apud Clarum 5. sent. 9. Fallum. vers. utem falso.*

FAlsi quidem crimen, vel [1] aliud capitale [2] movere vos matri [3] vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium [4] compendium [5] non aufert. Si enim de fide scripturæ, unde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est, inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest [6]. PP. 3. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

Si is, cui quid relictum est, falsas tabulas dixerit.

6. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Culpio.

QUi falsas tabulas [7] dixerit, nec obtinuerit: ad defuncti judicium [8] aspirare non potest. PP. 15. Kalend. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De transactione.

7. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. Heliodoro.

IPse significas, cum primum adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse [9] suspectam [10]. Facta igitur transactione [11], difficile est, ut is, qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. PP. 3. Kal. Jul. TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

De codicillis.

8. Iidem AA. & CC. Marino.

SI falsos codicillos [12] ab his contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideo accusationem evadere possunt, quod [13] se illis negent uti: nam illis [14] prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compotitis per scelus codicillis, in severitatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones ejus recusando, crimen evitare. PP. 3. Kal. Jul. AMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Succedens ab intestato, tenetur præbere fideicommissa relicta in codicillis: nisi codicillus arguatur de falso criminaliter accusando, vel civiliter excipiendo. Bald.

9. Impp. CARINUS, & NUMER. AA. Mesio.

SI docueris apud Præsidem provinciæ, ab intestato [15] te heredem ejus extitisse, qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa præbeas, quæ jure relicta sunt: nisi consilium est codicillos [16] falsos arguere. Quod si criminaliter [17] cœptum [judicium] interventu indulgentiæ [18] sopitum est: habes tamen residuam indignationem, & potes de fide scripturæ civiliter queri. PP. 3. Kalend. April. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De partu supposito.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Legitimo.

CUm suppositi [19] partus crimen patrui tui uxori moveas, apud Rectorem provinciæ instituta accusatione id proba [20]. PP. 11. Kalend. Octobr. DIOCLETIANO A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De lite pecuniaria.

11. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI lis pecuniaria [21] apud pedaneos [22] judices remissa est, etiam de fide instrumenti civiliter apud eos juxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. PP. 10. Kal. Jul. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De præscriptione temporis.

12. Iidem AA. & CC. Primo.

QUerela falsi [23] temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti [24] annorum exceptione: sicut cætera quoque fere [25] crimina. S. 6. Id. Januar. *Viminacii*, CC. CONSS.

De effectu falsæ scripturæ.

13. Iidem AA. & CC. Marco.

QUi velut [26] præsentem [scripsisse] res recepisse suas, cum absens esset, conscripserit, non ignoranti quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. 6. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De testamento celato, vel amoto.

14. Iidem AA. & CC. Gentianæ.

EUm, qui celavit [27], vel amovit [28] testamentum, committere crimen falsi, publice notum est. S. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De collusione creditoris cum debitore.

15. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI creditor [29] colludens cum debitore suo tibi prædium venundedit, falsum commisit: & tibi [30] nihil offecit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. 13. Kal. Febr. CC. CONSS.

De testamentis.

16. Iidem AA. & CC. Fortunato.

DE fide testamenti querenti duplex [31] via litigandi tributa est. Quamvis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen privata de ejusdem fide queri non prohiberis: cum reus ita conventus, non tamen ab eo, qui civiliter egit, solenniter accusari possit. S. 8. Id. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De temporis intervallo.

17. Iidem AA. & CC. Menelao.

SIcut falsi [32] testamenti, vel codicillorum scriptura, temporis intervallo firmari non [33] potest, ita vera quæ jure subsistit, non evanescit. Si itaque de fide delicti, vel per accusationem, vel per privatum judicium quereris, Rector provinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, jubebit, si prius cæteris indiciis [34] fuerit commotus. S. 3. Id. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De effectu falsi.

18. Iidem AA. & CC. Maximo.

EX initio [35] falsi commissi justa possessio non paratur. Unde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. 3. Non. Mart. CC. CONSS.

De feminis.

19. Iidem AA. & CC. Cosmiæ.

ET si ad te negotium pertinuit: etiam, atque etiam tecum deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At cum mulieribus [36] in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem *hæc eadem prædia te prius alii donasse*, proponas: fieri tibi facultatem accusandi contra juris postulas formam. S. 8. Idus Martii, CC. CONSS.

De errore, & dolo.

Non est falsum sine dolo.

20. Iidem AA. & CC. Rufino.

NEc [37] exemplum editionis precum aliter per [38] errorem scriptum, cum non [39] nisi dolo [malo] falsum committentes crimini subjugentur, cognitionem dati Judicis moratur. S. 11. Kal. Nov. *Dorostoli*, CC. CONSS.

De decurionatu.

21. Imp. CONSTANTINUS A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ, & Brutiorum.

SI [40] quis decurio testamentum [41], vel codicillos, aut aliquam desicientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis, privatisque instrumentis præbuerit officium: si falsi quæstio moveatur, decurionatus honore sepulto, quæstioni [42] (si ita popolcerit causa) subdatur. Sed non statim debitit esse decurio, qui in hujusmodi facto fuerit deprehensus: Quantum [43] enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet: quantum [44] ad rem gestam, & veritatem referandam, uti decurionatus honore non poterit [45]. † Nec vero is qui ante fuerit tabellio [46] ad eludendam quæstionem super his quæ ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ veritas (si res popolcerit) per ipsum [47] debet probari auctorem. Dat. 3. Kal. Febr. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De inquisitione veritatis, & lite compendioso spatio terminanda.

22. Idem A. ad Maximum P. U.

UBi [1] falsi examen inciderit, tunc acerrima [2] fiat indago [3] argumentis [4], testibus, scripturarum collatione [5], aliisque vestigiis [6] veritatis: Nec [7] accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter [8] utramque personam sit judex medius: nec ulla interlocutione divulget quæ sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum *audienti* mandat officium, præbeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. † Ultimum autem finem stirpitus criminalis compendioso [9] spatio limitamus, quem litigantem discceptantemque fas non sit excedere: cujus exordium nascetur auspicio contestatæ accusationis apud judicem competentem: post probationem supplicio capitali [10], si id exigat magnitudo [11] commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. PP. 8. Kal. April. in foro *Trajani*, CONSTANTINO A. VIII. & CONSTANTIO C. CONSS. 354.

De judicio civili & criminali.

23. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENTIN. AAA. ad Maximum P. P.

DAmus [12] licentiam litigantibus, si apud judicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi, utrum de falso criminaliter [13] statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an civiliter. Quod si expetens vindictam [14], falsi crimen intenderit, tunc quæstione civili per sententiam terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes privatas, vel publicas, pacta & epistolas vel ultimas voluntates, donationes, venditionesve, vel si quid prolatum aliud instituere [15] conabitur: habeat accusandi facultatem. Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes conflagrentium levior examinatio procedat: cum judex qui præcrit quæstioni, intentiones [actoris] falsas, & conficta crimina [reorum] ex legibus pœnis competentibus possit ulcisci. PP. 16. Kal. Maji, *Romæ*, VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

De onere probationis.

24. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Proculo P. U.

PRæbemus licentiam, ut sive [16] civiliter, sive criminaliter (ut actor elegerit) super prolatis codicillis, vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti [17] ei primitus, qui scripturam obtulerit, deinde ei, qui stricta [18] instantia falsum arguere paratus sit. Dat. 10. Kalend. Februar. TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XXIII.

DE HIS, QUI SIBI ADSCRIBUNT [19] IN TESTAMENTO.

Filius emancipatus sibi adscribens in testamento patris patre dictante, de æquitate a pœna legis Corneliæ excusatur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Valatio.

QUamquam ita [20] interpretantur jurisperiti, ut contra legem Corneliam videatur se scribere heredem emancipatus [21] filius patre dictante: tamen si cum testamentum non esset scriptum, justus [22] successor futurus esset accepta bonorum possessione, filius patri: perinde habebitur, atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus [23] dulci [24] officio. Propolita Non. Sept. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Testatoris subscriptio etiam generalis excusat a pœna, sed non tribuit jus petendi legatum extraneo, qui sibi adscripsit, nisi specialis fuerit subscriptio testatoris. Salic.

2. Idem A. Atticio.

SI testator codicillis quos scripsisti, *legatum* quoque seu *fideicommissum reliquisse tibi* sua [25] manu adscripsit: non videris in pœnam Senatusconsulti incidisse. † Quod si [26] *testamentum dictasse* codicillis significavit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes: pœna vero falsi tibi principali [27] beneficio remittitur. PP. Id. Decembr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Vere ignorantiam alleganti, & a delicto desistenti, pœna remittitur quam incurrat, quia sibi adscripserat. Bald.

3. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

SEnatusconsulto, & [28] Edicto divi Claudii prohibitum est, eos qui ad scribenda testamenta adhibentur [29], quamvis [30] dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est: cujus veniam [31] deprecantibus ob ignorantiam [32], & profitentibus a relicto discedere [33], Amplissimus Ordo, vel divi Principes veniam [raro] dederunt. PP. 17. Kal. April. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Maritus sibi adscribens in testamento uxoris, incidit in pœnam. Bald.

4. Idem A. Crescenti.

QUæ in testamento uxoris [34] maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum habet. PP. 3. Non. Februar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Miles sibi adscribens, præsumitur juris errore, non malitia, in legem incidisse. Bald.

5. Idem A. Gallieno militi.

QUod adhibitus ad testamentum commilitonis [35] scribendum, jussu ejus servum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur, & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenore indulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in quam credo te magis errore quam malitia incidisse. PP. 17. Kal. Jun. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Servus jussu domini sibi adscribens, excusatur a pœna: libertatem tamen non consequitur, nisi de scriptione testatoris subscriptione doceatur. Salic.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ausidio.

SI libertatem [36] tibi manu tua imperante domino adscripsisti, cum proponas dominum non subscripsisse, & [37] suis literis tuam libertatem expressim agnovisse, ad impetrandam libertatem Senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire. PP. 6. Id. Decembr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

TIT. XXIV.

DE FALSA MONETA [38].

Fabricantes falsam monetam puniendi sunt ultimo supplicio sine appellandi remedio. Salic.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

QUoniam [39] nonnulli monetarii adulterinam [40] monetam clandestinis scleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere hujusmodi homines inquirendi: ut [41] investigati tradantur judici, facti conscios per tormenta illico prodituri, ac sic dignis [42] suppliciis addicendi, accusatoribus [43] etiam eorum immunitatem [44] permittimus, cujus modus, quoniam dispar patrimonium est, a nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum hujusmodi personam suspectam de custodia [45] exire fecerit, capite puniatur. Appellandi [46] etiam privato licentia denegetur [47]. Si vero miles [48] aut promotus [in gradum] hujusmodi crimen incurrerit, super ejus nomine & gradu ad competentes judices referatur. Domus [49] vero, vel fundus, in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cujus incuria, vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco [50] vindicetur: nisi [51] dominus ante ignorans, ut primum reperit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio, vel domus ipsius, proscriptionis injuriæ minime subjacebit. Sin vero longissime ab ea domo, vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum: actore videlicet fundi, vel servis, vel incolis, vel colonis, qui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo, qui fecit, supplicio [52] capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, ut viduæ, nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam gravis conscientiæ noxa resideat. Impuberes [53] vero etiamsi conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat [54], ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare [55] eos quid in rebus pupilli geritur, non oportet, hæc pœna expectabit, ut de rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum a pupillo fuerat inferendum. Dat. 12. Kal. Decembr. *Romæ*, CRISPO II. & CONSTANTINO II. CC. CONSS. 321.

Qui nummos falsa fusione formavit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Salic.

2. Idem A. ad Tertullum Præfectum [56] urbis Africæ.

SI [57] quis nummos falsa fusione [58] formaverit, universas ejus facultates

---

1 l. 2. *vers. sed ubi falsi examen. C. Theod. h. t.* 2 In crimen falsi accerrima fit indagatio. 3 Indagatio veritatis, fit argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis. 4 Argumenta admittuntur probationis loco. vid. *l. indicia. indicia.* 19. *C. de rei vindicat. Lud. S. de probat.* 5 Scripturarum collatione falsum detegi potest. vid. *l.* 20. *S. de fide instrum.* 6 Probationes, conjecturæ, indicia & argumenta, veritatis vestigia sunt. *d. l.* 19. *d. l. ult.* 7 *ult. J. h. t. l. pen. supr. de probat.* 8 Inquirere judex in ipsa malefacia debet, etiamsi sit, qui accuset: ut hinc constet, accusatione non tolli fiscaltatem inquirendi. 9 Id est, annali. *d. vers. sed ubi.* adde *l. nulla. infr. ut intra certum tempus crim.* 10 Vid. quæ dixi ad *Novell. Leon.* 77. 11 Puniuntur leviora delicta: vid. Tiraquell. *tract. de pœn. causa* 14. *l.* 1. 4. *Cod. Theod.* 12 *l.* 16. *S. & l. ult. J. h. t.* 13 Electa actione civili falsi, criminalis suspenditur: finita, reviviscere potest. 14 Intimulare. *Cod. Theod.* 16 *d. l.* 16. 15 *Eclog.* 41. *cap.* 57. *in fin.* 16 *Instructa*, Hal. 17 *l.* 6. *in fin. l.* 17. *ff. ad leg. Corn. de falsis, l.* 1. *ff. de his qua pro non script.* adde Bosseum *in præx. cap.* 38. Clar. *S. fin. S. Paulus*, vers. *Adversus etiam.* 19 Intellectum hujus legis vide apud Johann. Decher. *lib.* 2. *dissert.* 3. *num.* 21. 22. & Cuias. *tract. ad edictum. ad l. de quæ legatum. C. ff. de leg. Corn. de falsis* Anf 21 Si emancipatus patre dictante se heredem scripserit, non incidit in filium. Est enim aliquam hereditatis paternæ capax. 22 Ratio decidendi. 23 Id est, mortuus. Ilid. *in Glos. functus dulci officio dicitur, qui officium vitæ implevit.* Igitur dulce officium, dulce munus, vita dicitur. Seneca in Hippolyto: *Cur datum mihi redditis iuce fugis? & ὁ δεσπότης.* Harm. *d. loco vers. & ὁ τὸν ἀγρὸν.* 9. *To.* 21. *l.* 4. 50 Paul. *S. fin.* 12. *S. ult.* 51 Indicare Scilus interdum cognitor. *Nov.* 117. *cap.* 8. *S.* 1. 52 V. *l.* 2. *J. h. t.* 53 Impubes quamvis consilius adulterinæ pecuniæ non tenetur, adde *l.* 22. *ff. de l. Corn. de falsis. & l.* 2. *S.* 19. *ff. ad Turpil.* 54 Id est, quid videndum, vel quid fugiendum. 55 Tutor res pupilli ignorare non præsumitur. 56 Proconsulem Africæ. 57 *l.* 3. *C. Th. h. t.* 58 *Effusione, Hal.* Fusio Græci, τὸ ἀσχίτευσι σθραγγεύσιν ἢ βολωτέρῳ. Harm. *dict. loco. vers. ἀσκίτε*, five ignium, ut est in historia Antonini Florentini & apud Suet. *in Calig.* Aureum iconium. *χρεσοτύς. Eclog. d. loco cap.* 2. vel locus in quo moneta formetur. *T.* 4. *t.* Falsa fusione formare, *a fausse coing.*